

Forfatter: Worm, Jacob

Titel: Udrag fra . - [1968]

Citation: Worm, Jacob: ". - [1968]", i Worm, Jacob: . - [1968], udg. af ERIK SØNDERHOLM , [1968]-1994, s. 232. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-worm01val-shoot-idm140677732483552/facsimile.pdf> (tilgået 05. maj 2024)

Anvendt udgave: . - [1968]

- civilium, bellicorum, Curialium, Judicialium, et quocunque demum nomine gaudeant. 2: enumerabimus in statu Ecclesiastico Jdola Pontificum seu Episcoporum, Rabbīnorum seu Professorum, Lectorum seu concionatorum Jeroboami Aulicorum in Bethel seu domo Dei collocata.
- 120
- 123 Thesis 7.
Jdola Jeroboami et reliquorum Regum Israëlī vel sunt Ecclesiastica vel Politica, vel œconomica et quidem alia in pace, alia in bello, alia negative, alia positive, coluntur.
- 126
- 163 Thesis 8.
Venerantur Reges Israëlī idola ecclesiastica, cum 1) civibus Ecclesiæ invitis, vi quasi et tyrannide, jus vocandi sacrorum ministros contra verbum Dei cripiunt, [calvā] utut adhibita excusatione, quod subjecti suum jus sponte in Reges transtulerint, cum tamen (veritas modò audiatur) violentiā intoleranda illud Ecclesiæ jus, ut ministrorum regionum marsupia aurò impleantur, vel scorta Magnatum sacri Ministerii Candidatis pro legitimis conjugibus obrudantur, sit ademptum. 2) Eadem Jdola [in] Bethel adorant Reges Israëlī, cum, ob carnalem respectum, ob hypocrisin et adulatorias gratulationes indocti, rudes, inepti ad Episcopatum, Professiones et lautiora munera sacra, absque ullo examine aut *δοκιμασία* extolluntur, dignioribus et doctioribus per injuriā abjectis, spreis et neglectis, ut habetur Eccles: 10: v. 5.6.7. confer 2. Macch: 4. v. 7: 3) Eadem Bethelis Jdola coluntur, cum Reges Israëlī bona et prædia Ecclesiastica per sacrilegium diripiunt, et in profanum et secularum usum avertunt. Ad extremum, cum oscitanter verbum Dei et admonitiones sacras, obstructis auribus et animis audiunt, item interdum etiam saxis obruunt sacros monitores 2. Parall: 24: v: 21: et cap: 25: v: 16: tunc autem Neronis ac Herodis filii existunt legitimi.
- 129
- 132
- 135
- 138
- 141
- 144
- 147